Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31660
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

clero. cerea portante. ad imperatorem
euntem tamquam eunucho quodam ut
ipse dicebat sauinus cubiculario hunc
uocantem. et unam puellam ut solet. Post
quam autem episcopii ianuam exiuit. quod sig
nificat proprii corporis separationem. susci
pientem eum et manu tenentem. et sup
capite coronam. ex olee ramis circum amictam.
Mox ergo cognouit sanctus sauinus migrationem
patriarche ad dominum ipsa hora fuisse. Qua
propter adnotantes eundem mensem et diem. erat
enim celebris uidelicet sancti martyris menne.
et quibusdam uenientibus a cypro. et percontantes
quidam qui habitabant alexandriam de
migratione sancti agnouerunt ueram fuisse ui
sionem. eo quod eadem hora fuerit in qua
obiit beatus. et maxime de exemplo puelle
que manu tenebat eum. Acceperat enim re[s]ponsi
siones ab ea sanctus. sicut in precedentibus uerbis ui
te diximus. quia si uis possidere me amicam.
ego ante imperatorem te introducam. Quod et
reuera fecit.

Non enim ex hoc tantum omnes satis
factionem acceperunt quod elemosina et
misericordia quam habuit circa egentes eum in
regnum celorum deduxerit. sed quia alius eorum qui
habitant ciuitatem alexandriam timens dominum.
uidet ipsa nocte in qua et sanctus sauinus omnes
pauperes et orphanos atque uiduas olee ramos
baiolantes. et in patriarche obsequio euntes.
ad ecclesiam pergentes. Non solum duo aut .x.
aut .c. satisfactiones sunt. per quas scimus clare quam
sit eximium. Erat memorabilis hic. sed ecce
alia que firmius hoc ostendit.

Ymnodia namque anniuersaria post multum tempus
dormitionis sancti celebrata in templo supra
memorati sancti thiconis. ubi preciosum lipsanum
beatissimi patriarche iohannis repositum est. Erat
autem qui colebatur sacra uigilie ymnodia annue
recordationis sancti miraculorum factoris thico
nis. Is qui est miraculorum dominus ostendere omnibus quali
honore sanctum seruum suum iohannem dignum fecit.
placuit de honorabili eius lypsano ungenti
sanifera suauitate emanare. Qua uniuersi
in leticia freti. gloriam retulerunt patri. et filio.
et spiritui sancto. ubi uidelicet deo nostro. qui proprios sanctos in
gloria infinita glorificauit.

Et nullus o amici christi tanti miraculi incre
dulus sit. et enim usque nunc uidetur in amica
christi cypriorum insula in diuersis sanctis tale dei gratia
operante. et tamquam ex fontibus unguentorum sua
uitate de preciosis eorum reliquiis profluentem.
ad gloriam eiusdem bonitati. et ad honorem sanctorum
eius atque alacritate. et heu bonum quod post futuri sunt ho
minibus. quatenus secundum imitationem eorum conuersan
tes. eisdem et nos honoribus digni efficiamur
a christo incedunt retributore deo. Efficiamur ergo dilec
tissimi et nos consummatores preceptarum rec
titudinum sancti huius patris nostri iohannis. et quasi in
cole existentes et peregrini in uita ista. eternum
thesaurum habeamus futurum. per largam que indigentibus tri
buit donationem. Sicut secundum diuinitus inspi
ratum apostolum qui seminat in benedictionibus de benedic
tionibus et metet. et in corruptibilibus incorrupti
bilia. pro temporalibus eterna. que oculus non uidit nec
auris audiuit. et in cor hominis non ascenderunt. que
preparauit deus diligentibus se. Que omnes nos in
peraremur per gratiam et misericordiam domini nostri ihesu christi. cum
patrem per gratiam... qui est pater una cum sancto spiritu gloria. honor. imperium.
nunc et semper. et in secula seculorum. Amen.

Explicit uita sancti Iohannis Eleymonis.

Explicit acta sancti Iohannis eleymonis.